Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



314

pugnans aduersus malas suggestiones meas; & habens conflictionem
diuturnam & ppe continuam uim temptationib; inimica subuertere &
meuolentes; Gemo apud dm in infirmitate mea & noui quid parturit
cor meum. Illi quid nouit pastum meum; Mihi autem minimum e.
ut a uobis dijudicer aut ab humano die aut apostolus sed neq: ego me ip
sum diiudico. melius me noui quam ille sed melius ds quam ego;
Non ergo uobis insultent de nobis. Non faciant illos nouimus ubi bap
tizati sunt; Sinos bene nouerunt sciunt quia & nauigamus
aliquando sciunt quia & peregrinati sumus. sciunt quia alii imus
& alii redimus; Non hic baptizati sumus. sed ubi baptizati
sumus ecclesia e nota uniuerso orbi terrarum; Et multi
frs nostri sunt qui & norunt quia baptizati sumus. & nobis cum bap
tizati sunt; facile e ergo hoc nosse. si quis fratrum e. in de sol
licitus; Istis autem satis facturi sumus. & demonstraturi aliquid
de testimonio ecclesiae. cui non communicant merito. Non nos norunt
transmare baptizatus in xpo. quia & transmare non habent xpm;
Ille enim xpm transmare habet. quia & transmare communione
uniuersae ecclesiae tenet; Quomodo poterit cognoscere
ubi sim ego baptizatus. cum communio ipsius uix transit mare;
Uerumtamen frs mei quid eis dicam suspicamini; quod uultis de
nobis si boni sumus in ecclesia xpi frumenta sumus. si mali
sumus in ecclesia xpi palea sumus. tamen a area non recedimus;
Cu qui uento temptationis foras uolasti; quid e triticum non tol
lit uentus ex area; Ex eo ergo ubi es agnosce quod es; sed tu
in quid quis es quicontra nos dicas tanta. quicumq: quod dice
tur attende. non a quo dicatur; Sed peccatori in quid dns.
ut quid tu assumis testamentum meum per ostuum; Dicat hoc
dns peccatori. forte e genus peccatorum. cui hoc recte dicat
dns; sed in quem lib & dicat hoc dns. Ideo dicit quia peccatori
non p dest quando legem di loquitur; Numquid & audito
rib; non prodest utrumq: genus habemus in ecclesia dno dicente.
& bonorum & malorum; Bonis cum p dicant quid dicunt. Imi
tatores mei estote. sicut & ego xpi; De bonis quid dicatur.
sed forma estote fidelium; hoc nos. ee. laboremus; Quid autem
simus ille nouerit. ad quem gemimus de malis. tamen dictum e.